



Nr. Seides  
1. Halschmid  
2. Martini  
3. Reinhardt  
4. Maier  
5. Falchner  
6. Brüder  
7. Dettler  
8. Lefor  
9. Heberer  
10. Künisch  
11. Suding  
12. Beckma  
13. a. Sode  
14. Born  
15. Chatif  
16. Tschirn  
17. Bruck  
18. Claudio  
19. Plato  
20. Eyben  
21. Wilken  
22. Schub  
23. Federe  
24. Göttsche  
25. Kirsle  
26. Brück  
27. Schub



14.

Q. B. V. SS. T.  
DISPUTATIONEM JURIDICAM  
*DE*  
**APOSTOLIS**

*Quam*

Consensu Magnificatq; Nobilissimi Jctorum Ordinis

**PRÆSIDE**

**VIRO**

Nobilissimo Amplissimo Consultissimo ac Excellentissimo

**DN. MICHAELE FRIDERICO**  
**LEDERERO,**

J. U. D. & Inst. Imperial. P P. Celeberrimo. Curiæ Electora.

lis Seabinatus & Facultatis Juridicæ Assessore Gravissimo,

Dn. Patrono Fautore ac Præceptore etatem colendo

Publicæ disquisitioni submittit

A. & R.

**FRIDERICUS GUTPERLE.**

Brunsvicensis

In Auditorio jCtorum

boris antemeridianis

d. III. Maij. Anno 1673.

WITTEBERGÆ

Typis MICHAELIS MEYERI.

25

3



**INCLYTÆ REIPUBLICÆ MAGDE-  
BURGICÆ GUBERNATORIBUS.**

*Magnificis, Nobilissimis Amplissimis Excellentissi-  
mis, Consultissimis, Patribus Patriæ Gravissi-  
mis, Prudentissimis ac Clarissimis.*

**VIRIS**

**DNN. CONSULIBUS,**

**DN. SYNDICO.**

**DNN. CAMERARIIS.**

**DN. SECRETARIO.**

**&**

**DNN. SENATORIBUS**


*Mæcenatibus meis summo ho-  
noris ac observantiae cul-*

**tu Prosequendis.**

*Specimen hoc Academicum debitæ observantie  
contestandæ, ulteriorisq; commendationis  
demerendæ gratia.*

*Dicat dedicat & Consecrat,  
FRIDERICUS Gutpertel.*





## PRÖEMIUM

**N**on solum Cicero docuit qvod  
cavendumne major pœna quam culpa  
esset lib. offic. p. m. 45. §. omnis. Sed & hoc  
etiam in jure constitutum reperimus. l. 4.  
§ 6. C. de modo mult. l. 11. pr. §. l. 13. ff. de  
pœn. l. 22. C. cod. § l. 4. §. 1. in fin. ff. de incendio. Hanc viam  
judices etiam in judicando seqvitenentur, nec profiliant,  
veritatis legum & justitiae tramites l. 13. C. de sentent. §  
interlocution. omn. jud. Cum nemini magis noceat teme-  
ritas judicandi quam judici ipsi c. temerarium. 49. IX. q. 3.  
quia offendit legem dum adversus ejus præceptum in ju-  
dicando dolo malo aliquid prætermiserit. l. 40. §. 1. ff. de ju-  
dic. nec aliter judicet quam legibus & constitutionibus aut  
moribus proditum sit pr. Inst. de offi. judic. Si autem con-  
tingeret, judicem in puniendo, & sententias ferendo a qua-  
lance culpam & pœnam non ponderare sed pro lubitu si-  
cienti ageret quicquid placeret, esset quidem talis senten-  
tia nulla & injusta cum judicem oporteat secundum leges  
judicare dist. 4. c. 3. & pro infectis habentur quæ contra le-  
ges fiunt l. 14. §. 1. in fin C. de SS. Eccl. l. 5. de leg. C. 25. c. 13. q. 2.  
Schn. ad. t. 8. inst. qvibus alien. lic. vek non lib. 2. erubesci-  
mus enim sine lego loqui Nov 18. c. 5. nihilominus tamen

A. ma.

manet judici potestas multam dicere quam vult, nisi cum  
lege constitutum sit quantum dicat l. 5. C. quando provo-  
care non est necess. E. l. 244. ff. de, VS. Et propter nobili-  
tatem judiciorum transiret talis sententia in rem judica-  
tam & fieret istius executio, si per appellationem & alia  
media executionem impedientia non infringeretur &  
executioni via parata præcluderetur. Appellatio enim  
si per lapsus fatalium est deserta sententia datur Execu-  
tioni, nisi interim sit transactum l. 8. C. de appellat. Ideo  
non sufficit appellasse sed etiam observare ea quæ appel-  
latio & judiciorum ordo requirit. Ne autem hoc remedi-  
um alicui à religionis & ordinis observantia exorbitanti  
in sua nequitia videatur patrocinium exhibere. C. ad no-  
stram 3. x. de appellat petendi sunt juxta tenorem judicia-  
lem appellanti Apostoli à judice inferiori vel à quo quibus  
judicem superiorem vel ad quem informare potest se ap-  
pellandi justam & legitimam causam habere, & quod non  
frivole sed ex necessitate hoc faceret, & ita recipiat jus  
quod jam tum in prima instantia ipsierat abscissum. De qua  
materia nunc nonnulla conscribere cum Deo constitu-  
mus, quantum tenues ingenii vires & bibliotheca non di-  
fissima suppeditabunt.

## IN NOMINE JESU.

Th. I.

Secundum ordinem sumus processuri, cum perpe-  
tua sit eonfusio juxta tritum illud ubi nullus ordo, Videbi-  
mus itaq; primitus vocis Apostoli Etymologiam, quæ di-  
citur græc. ἀποστόλος, & o' latīn, legatus, missus sive nuncius,  
à verbo græco ἀποστέλλω mitto, germ ein Bote aut accura-  
tiusein Mundbote. Jure Saxonico enim nuncii tantum-  
modo dabantur ad anunciatā appellationem Landr. libz.

asr.

art. 12. & Lehn-Recht. C. 70. Nam Saxones antiqui non multum operæ literis scribendis dederunt, uti annotat gloss. in d. art. 2. n. 8. quod tamen hodie communius ac consuetudine est abrogatum & revocata est observantia sanctionis Juris Civilis, Carpzov. in proc. Tit. 18. art. 3. n. 45. Et sicut eum citat autor, Emeric. à Rosb. in prax. Civil. tit. 74. derivat ab από quod est Iupra & σολήν misio quasi literæ ad superiorē misia, cui non refragatur Maranta in suo specul. aur. tit. de appellat. part. 6. n. 215. derivans ab ἀπό supra & σολήν misio. In sacris νοῦ Εξέχην vocantur Apostoli illi duodecim, quos Christus alegaverat per orbem ad prædicandum Evangelium eis. Apostel cum potestate sanandi morbos, ejiciendiq; demonia. In vetustis canticis vocatur Apostolus eingewölff. Bot/fors. n quod fuerit ex numero dictorum duodecim.

Th. II.

Hinc accingimus nos ad homonymiam quæ non negligenda secundum logicorum scholas. Laborat quidem hoc nostrum vocabulum non multis æquivocationibus, interdum tamen, potissimum in sacris accipitur pro prædicantibus Christum vel pro iis qui adejus verbum prædicandum ab Apostolis adhibebantur uti patet ex c. 2. ad Philipp. v. 25. ubi Paulus Epaphroditum Apostolum vocat. Apostolæ Apostolorum dicebantur etiam fān in æ quæ die Pascha Christi resurrectionem discipulis annunciantibant uti refert Faber ex Rudolph. Ardent. voce Apostolus. In veteri qvodam Chronico dicit Magdalena se esse prædicatricem & Apostolam Christi. Athenis Apostoli nr agistratus quidam erant, quorum officium erat recte atq; ordine curare atq; instruere classem. Sed quia hoc à nostra materia proorsus alienum & nevideam. ut falcem in alienam messem misuri, hac primis tantum labris loco homonymias attingere placuit.

A 3

Th.

### Th. III.

Synonymiam qvod spectat dicuntur Apostoli in nostra significatione, etiam literæ dimisoriz, aut libelli dimissorii, qvod per eos causæ ad eum, qui appellatus est dimittantur. l. 106. ff. de V. S. l. i. pr. ff. de libell. dimissor. aut libelli appellatorii. l. i. §. final. & l. 5. §. final. ff. de appellat. Non nunquam etiam acta judiciaria loco Apostolorum designantur, uti patet ex Petr. Frid. Mindano in processu lib. i. c. 7. n. 10. Et Noë Meur. p. 3. n. 8. verba, ita se habent. Also daß gemeinlich die Gerichts acta für Aposteln gegeben werden. Satis enim est appellanti, si habeat testimoniū qualemque provocationis, & judicii insinuatione appellationis Iob. Calv. in suo Lexico jurid. verb. Apostoli. Sufficit etiam interdum solum responsum Judicis. Er lasse die appellation zu / er müsse es geschehen lassen / er müsse ob reverentiam superioris damit zu frieden sein &c. aut loco Apostolorum satis facere potest paratio sententiæ, si allegatur uti pluribus dissentit citat. Petr. Frid. Mindan. in proc. d. loc. qvod confirmat judicio in causa Wedingen contra Sudermann & Consortes. 13. Februarii anno 1580.

### Th. IV.

Post explicationem nominis sequitur nunc ipsa definitio realis, & definiuntur Apostoli literæ dimisoriz, quas judex à quo appellatur tradit appellanti deferendas judicii ad quem est appellatum, in quibus continetur qualiter talis persona ab ejus sententia appellavit, ex quibus judex ad quem appellatum est, instrui debet de negotio causæ. Term. in proc. c. 230. n. 16. Iob. Goedd. de V. & R. S. ad l. 106. n. 4. Emer. à Rosb. in Proc. t. 74. de Apostol. n. 1. definit, quod sint literæ testimoniales, quas judex à quo ad instantiam appellantis dat ad judicem ad quem, & per il-

las

las interpositæ appellationi vel defert, vel non defert.  
Has definitiones petunt ex l. un. ff. de libell. dimisor. l. 6. §.  
final. & l. 24. C. de appellat. l. 106. ff. de V. S. alias definiuntur  
qvod sunt literæ dimissoriæ, qvæ ab eo à qvo appellatum  
est, ad eum qvi de appellatione cognitus est dantur  
testandæ appellationis causa. Hanc definitionem consta-  
re sua perfectione videmus & non laborare defectu, cum  
constet genere & differentia specifica, Genus perhibet  
verbum literæ dimissoriæ. Literæ vocantur, quasi legi-  
teræ qvod legendo iterentur, vel à lituris, eò qvod in ta-  
bulis cereatis antiqui scribere solebant, posteaq; delere.  
*Cic.* vocat ideo literas qvia oculis corporeis legi possunt &  
per qvas absentes certiores facimus, si qvid sit qvod eos sci-  
re aut nostra aut ipsorum interesset. *Ep. 8. ad Famil. lib.*  
3. Dimissoriæ dicuntur, qvod acta causæ à primo judice  
ad secundum dimittantur, ut de causa instrui possit, vel  
qvod per eas causa ad eum qvi appellatus est, dimititur. *l.*  
*106. ff. de V. S. l. 1. ff. de libell. dimisor. l. 9. ff. de jure fisci.*  
Differentia specifica est testandæ appellationis causa. Ap-  
pellatio enim dupli modo potest fieri aut viva voce aut  
in scriptis viva voce, si à sententia lata apud acta statim  
fiat, tunc sufficit appellantem dicere, appello. *Schnob.*  
*in disputat. ad libros ff. disput. 25. th. 8. cum allegat. textib.*  
vel per intervallum coram Notario & testibus, idq; per li-  
bellos appellatorios appellationis summam cum nomine  
appellantis & copia sententiæ continentis. *Schnob. d loc.*  
Postremo igitur casu libellus appellatorius necessario re-  
quiritur, ut testetur, judici ad quem appellationem insi-  
nuatam esse. Priori casu non itidem uti annotat. *Petr.*  
*Frid Mindan. de proc. l. 1. c. 7. n. 2.* Litera enim scripta ma-  
net, & res gestas posteritati & illis qvorum interest, potest  
renunciare.

Th. V



Th. V.

Definitionem nunc excipit divisio, cum magis clarum & magis capax sit quo<sup>d</sup> divisim traditur Schn. ad. t. 6. Inst. lib. 4. Dividuntur hinc Apostoli in Conventionales, Testimoniales Reverentiales, Dimissorios & Refutatorios. Term. in proc. 230. n. 18. Et seqq. Job. Emer. à Ross. in proc. t. 74. n. 3. Et seqq. Specul. Bald. p. 2. summar. de Apostol §. igitur. Cap 20. in proc. tit. 18. art. 3. n. 66. Et seqq. Rob. Maranta. de ordine judic part. 6. de appellat. n. 224. Et seq. Job. Gœdd. additetur Restitutorios ad. l. 106. de Verbor<sup>E</sup>s Rer. signif. n. 4. singula sumus cum Deo examinaturi,

Th. VI.

Primam speciem in nostra serie continent Apostoli Conventionales, quæ sunt quando pars adversa admittit appellationem, sive in judicio, judice refutante, seu renuntente vel tacente & permittente, sive extrajudicium c. oblatæ. X. de appellat. Wenn das Gegenthil oder Appellat die appellation oder Beruffung vor Gericht mit Bewilligung oder recusirung und Abschlagung des Unterrichters zu lest oder sich mit appellanten außerhalb Gerichts vergleicht / und so dann die Aposteln selbsten giebt oder durch einen Notarium fertigenlässt. Volckm. part. 2. tit. 15. c. 64. n. 5. Term. c. 230. n. 19. Spec. Bald. part. 2. de appellat. §. seqvitur n. 1. Job. Gœdd de R. Et V. S. ad. l. 106. n. 4. Emer. à Ross. hanc speciem postremo ponit t. 74. de Apostol. 7. Chil König. c. 130.

Th. VII.

Dicitur autem Conventio, à verbo convenire quod compositum est à præpositione inseparabili Con, quæ significat idem quod cum vel simul, & verbo venio, hinc nomen conventio est Vertrag & inde Conventionalis, e, vertrågisch/ Vocabulum conventio autem est generale ad o-

ad omnia pertinens de quibus negotii contrahendi transfigendiq; causa consentiunt qui inter se agunt. Convenire inde dicuntur qui ex diversis locis in unum colliguntur & veniunt, ita qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam concurrunt; exinde generalitas hujus verbi ita ampliatur, ut ferè nullus contractus esse putetur, & nulla obligatio, quæ non habet in se conventionem, sive re sive verbis fiat. l. i. §. 2. ff. de pact. Hinc conventio triplex perhibetur, & fit aut ex publica causa, aut ex privata, privata aut legitima, aut juris gentium. Legitima dicitur quæ aliqua lege confirmatur. Conventio publica quæ fit per principem aut quoties interduces belli quædam paciscuntur. Juris Gentium conventiones quædam actiones pariunt, quædam Exceptiones. Quæ pariunt actiones vel in suo nomine nonstant, sed transeunt in proprium nomen contractus, ut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, depositum, & ceterisimiles contractus, vel causam tantum habent ut contractus in nominati l. 5. 6. & 7. ff. de pactis. R. Dn. Struo. Exc. 6. 1. 9. Hinc sunt conventionales stipulationes, quæ ex conventione reorum fiunt, quarum totidem sunt genera quod penè dixerim rerum contrahendarum l. 5. pr. ff. de V. Obl. sed ne penitus à scopo aberremus de hac materia tacemus, & quia hodierno tempore Apostoli conventionales non reperiuntur amplius in usu esse uti annotat Vol. km. d. loc. n. 13. Henr Knaust. Berichtl: Feierzeug e. 7. Ideo facimus progressum ad speciem secundam.

Th. VIII.

Secunda species Apostolorum perhibet Testimoniales, quæ testificantur de facta Apellatione coram judice, vel coram publicis & honestis ac fide dignis personis,

B

quod

quod sit cum aut judex recusat dare Apostolos, aut non  
potest reperiri seu inveniri secundum c. ult. de appellat. Et  
c. pastoralis de officio. ordinar. Et ejusmodi Apostolorum u-  
sus maxime obtinet in Appellatione coram Notario & te-  
stibus interposita Term. d. loc. König. C. 30. Job. Goedd. de  
F. Et R. S. ad l. 106. n. 4. Michael Teub. in proc. c. 26. not.  
Man pfleget. Georg von Rotschütz p. l. art. 39. n. 5.  
Carpz. proc. s. 18. art. 3. n. 67. Et dicitur vox à nomine  
testimonia, quod est à verbo testari, hinc testis ein Zeuge/  
qui ea quæ de rei veritate sentit in judicium profert. Judex  
his apostolis nunc occupatus non est, nec eorum nomine  
imploratur. In Appellatione enim coram Notario & te-  
stibus interposita non opus est aliis Apostolis quam testi-  
monialibus, qui à Notario dati una cum Appellatione  
transmittuntur, licet ea non statim sed repius cognita,  
cur judex inferior Appellationem recusaverit recipiatur.  
Ordinat. Appellat. Elector. Saxon. tit. Von Appellationen,  
Wie die angenommen und. justificiret werden sollen.  
vers. die weil aber auch Carpz in proc. tit 18. art. 3. de appel-  
lat. §. 10. n. 66. 67. Et hi Apostoli in certi sunt Constitutioni  
Electoris Saxoniæ part. i. const. 20. quod coram Notariis so-  
lum sint permitti; plerumq; autem vi ordinationis appel-  
lationis petitur in formatio à judice inferiori d. c. ult. de  
Appell. C. pastorali. de officio. ordinar. Berlich. p. 2. conclus. 10.  
n. 125. Volckm. p. 2. tit. 15. de Apostol. C. 64. n. 10. Job. Goedd. de F.  
Et R. S. ad l. 106. n. 4. dicit quod etiam Apostoli testimo-  
niales literæ dimissoriæ possent vocari, cum vice earum  
fungantur, neq; adeò necessariae essent, cum sufficeret eas  
esse petitas, licet judex dare recusaverit, & petit hoc ex  
l. un. in fin. ff. de libell. dimissor. Et l. eos. 6. §. final. C. de Ap-  
pellat. Sed hoc videtur periculorum, cum aliquando in  
commissionibus datis sententiis accidat, judicem superi-  
orem

orem de causis gravibus non statim appellatio velle deferre, sed signaturam modo dat talem. Appellantem primus à judice à quo probationem einen Schein insinuare debere, an appellationi deferi posset annon & sententia tum sequeretur. Hic esset labor & impedimentum causa qvod per insinuationem schedulae Appellationis posset caveri.

### Th. IX.

Tertiam speciem explicant Reverentiales seu Reverendi, in quibus judex à quo appellatum est, appellationem concedit in honorem & reverentiam superioris judicis ad quem appellatum est. Term. dict. c. 230. n. 21. Emeric. à Rob. tit. 74. de appellat. n. 4. Spec. Bald. in d. §. seqvitur. n. 8. Rob. Mar. part. 6. de appellat. n. 214. Goedd. de R. & V. S. ad. l. 206. n. 4. Carpz. in proc. tit. 18. art. 3. n. 63. & sqq. König. C. 130. Volckm. part. 2. tit. 15. c. 64. n. 8. cum allegat, textib. l. 6. §. 3. c. de appellat. c. cordi de appellat. in. 6. Ethæc vox extra dubium dicitur à reverentia, quæ est honor qvitam verbis quam factis alicui est exhibendus, hinc reverentialis seu reverendus, quæ voces tali competunt, qui sine via in jus vocari non potest, qui honor maximè patribus & patronis tam supersticibus quam defunctis debetur l. 6. ff. de in jus voc. l. 4. §. 16. v. semper ff. de dol. mal. & met. except. Et hi apostoli maxime sunt in usu & dantur à judice. Sunt nonnulli qui se de his Apostolis facile expedient respondentes statim appellatione interposita. Ego ob reverentiam superioris huic appellationi defero, & talem tibi terminum præfigo, Bald. de appellat. §. seqvitur n. 9. Judex etiam parti nonpetenti post interpositam provocationem sine dilatione hos apostolos obstrictus est dare uti patet ex l. 8. §. 6. c. de Appellat. Officio enim judicis incumbit, uti Imp., volunt deferi statim appellationi, & oblatione apo-

rum etiam partem prævenire & qvidem sub comminati-  
one pœnæ uti apparet ex. l. 24. c. eod. Cardz. in proc. cit. 18.  
de appellat. art. 3. n. 64. 65. his videtur obstarre l. un. §. 2. ff.  
de libell. dimissor. ubi dicitur qvod instanter & s̄epius di-  
missorii petantur & si non accipient id ipsum contestetur.  
Sed respondetur in hoc §. 6. c. d. i. officium judicis præpo-  
nitur in. d. l. un. §. 2 vero, habetur, qvod Appellatorem  
facere oporteat, vel qvod debeat apostolos instanter  
petere.

#### Th. X

Qvarta species offert dimissorios in qvibus iudex  
appellationem defert & sic partem à sua potestate & juris  
dictione dimittit ad eum ad qvem provocatum est l. un.  
ff. de libell. dimissor. Term. c. 230. n. 22. Job. Gædd. de R. et. V.  
S. ad. l. 106. n. 4. c. ab eo de appellat. in. 6. Rob. Marant. de or-  
dine Judic. part. 6. de appellat. n. 214. l. 106. ff. de V. S. Emer. à  
Rosb. t. 74. de Apostol. n. 3. Et hæc vox originem trahit à ver-  
bo dimitto, qvod compositum à præposit. inseparabili di,  
& verbo mitto hinc adjeſt. dimissorius, & inde dimis-  
soriæ literæ dicuntut qvas causa adeum qui appellatus est  
mittitur, & in his apostolis iudex breviter se potest expedi-  
re, ſidicat qvia à me appellasti, te ab observatione mei ju-  
dicii his apostolis dimitto. Spec. Bald.. part. 2. de appellat.  
§. seqvitur n. 2. ethi apostoli comparantur ferè cum Reve-  
rentialibus Volckm. p. 2. t. 15. de apostol. n. 10.

#### Th. XI.

Ultimo loco ponuntur Refutatorii in qvibus appellan-  
ti appellatio per judicem refutatur ac recusatur obcertas  
caſas & rationes, qvæ ſimul in literis exprimuntur & re-  
cenzentur, qvod fit qvando provocatur in caſibus in qvibus  
jura appellationem non admittunt, eam nec iudex à qvo  
admittere debet & hi dantur à iudice Term. C. 230. n. 23. Emer à  
Rosb.

Rosb. t. 74. n. 4. Rob. Marant. part. 6. de Appellat. n. 214. l. 39. §.  
I. C. de appellat. & hæc voca verbo refuto ich wiederlege  
originem trahit, cum Judex petitionem appellantis re-  
futet. Species qvæ non admittunt appellationem pluri-  
bus ponit Spec. tit. de appellat. §. inq'ibus. p. 3. ad qvem re-  
mittimus cupidum, qvia ea ob prolixitatem hic ponere  
non libuit. Qvod si tamen judex Appellantì Apostolos  
refutatorios dederit, hic desperare non debet, sed acceptis  
Apostolis Refutatoriis judicem superiorem accedere, gra-  
vamina & causas appellandi ei proponere & simul inhibi-  
tionem inferiori judici faciendam petere potest. Et in eo  
judex superior Appellationem justam existimet supplican-  
tis petito deferre & judici inferiori, quo minus in causa  
ulterius procedat inhibere tenetur. Georg von Rot-  
schilz part. 1. art 30. n. 2. & 3. Chil. König. c. 130. de Apostol.  
Volckm. p. 2. tit. 15. n. 9. Berlich. p. 1. conclus. 50. n. 127.

Th. XII

Hic exsurgit qvæstio, si judex plane recusat apostolos  
refutatorios dare, & amplius etiam nō est locus ob decen-  
dium elapsum ulteriori appellationi coram Notario & te-  
stibus, qvid appellanti tum faciendum? Non est desperan-  
dum statim, appellare enim tunc potest ab ipsa rejectione  
appellationis, ne rejectio transeat in rem judicatam, & hoc  
est juri consentaneum; nam sicuti non gravatus non po-  
test appellare, ita gravatus potest appellare, appellatio  
enim propter gravamen datur, & causa rejectionis est  
gravamen. Etsi Apostoli appellatione rejecta fuerint  
exhibiti, judex à qvo ulterius procedere nequit, prius-  
quam à judice superiori super desertione appellationis  
pronunciatum sit. l. un. ff. nihil innov. appellat. interpos.  
& l. 6. ff. de appellat. recip. vel non. carpz. in proc. tit. 18.  
de appellat. art. 3. n. 74. & sqq.

B - 3

Th. XIII.

### Th. XIII.

His etiam alii addunt Restitutorios, qvibus judex revocat gravamen à se appellanti illatum c. cum cessante x. de appell. ibi. gl. & in c. ex parte X. eod. lob. Goed. de Rec. V.S. ad l. 106.n. 4. Wann der Unterrichter befindet / das Er übel geurtheilet / und sich derohalben selbsten corrigiren und appellanten zu demjenigen wieder verhelfen will / darinnen er ihn verkürzet / gibt er solche Aposteln / damit die Sache für ihm bleiben möge. Volk. p. 2.c. 15. de Apostol. n. 12. qvæ vox à verbo restituere, quod est retro statuere, vel in eum casum rem constitutere in quo fuit, Amplæ autem significationis est hoc verbum, nam princeps restituere dicitur, cum ordini & dignitate restituit itemq; famæ. Restituuntur etiam & naturalibus qui liberi natu sed ut servidetenti sunt, ut jura ingenuitatis acquirant. Restituuntur in integrum minores. Restituitur & dos soluto matrimonio. Restituitur hereditas ex SC. Trebelliano. Restituitur etiam possessio ex interdictis : unde restitutorium interdictum. Sed horum Apostolorum exempla rara sunt in judiciis hodiernis igitur tres species modo inveniuntur in usu esse. Reverentiales nempe Refutatorii & Testimoniales Carpz. tit. 18-de proc. art. 3.n. 66. & seqq. Volk. p. 2.de Apostol. tit. 15. c. 64. n. 13.

### Th. XIV.

Causa efficiens petitionis Apostolorum est gravamen ex lata sententia illatum, & si ex hoc non appellatur caderet causa gravatus & amplius in judicio non audiatur. Ne autem hoc fiat, & ut pœnam designatam fugiat petit plerumq; Apostolos Reverentiales de qvibus Teib. ita dicit, welche ihm dazu dienen / das er von ihm Richter / dahin er appellaret gleublichen Scheinseiner Beruf

Beruffung fürfragen müge / da durch derseibige  
Richter geurfachet werde die appellation desto eher an-  
zunehmen. Interdum autem pro his dat Refutarorios  
ut frivole appellanti. Si vero plane judex recusat Aposto-  
los dare, facit transitum ad testimoniales, si autem judex  
promitteret Reverentiales, non opus est instrumento No-  
tarii Tsch. c. 76. §. Berürtten appellation Zettel v. und ist  
nicht nöthig die gravamina dem appellation Zettel ein zu  
verleiben. Potest enim präsentari appellation non tan-  
tum judici sedenti protribunali, sed & soli Notario acto-  
rum absq; judice, omniq; in loco etiam die teriata obho-  
norem DEI. *Bald. in autb. qvæ supplicatio de precib. Imp.*  
*offic.* Et nihil interest, si nullum istrumentum appella-  
tionis sit confectum, & sufficit si intra decendum sche-  
dula Protonotario aut judici aut judiciorum scribæ insi-  
nuetur, qvod etiam valet, si modo fiat decimo die circa  
vesperam, & qvidem ultima hora istius temporis qvod  
satis est & valet in eo ubi tempus certum destinatum est ad  
aliquid faciendum l. 38. ff. *de V. O.* nihilominus tamen in-  
terdum cautionis loco schedula perficitur & ad acta poni-  
tur.

## Th. xv.

Si verò appellationi non defertur exprimuntur  
gravamina , & talis institutio , aut parti ad locum aptum  
mittitur , alias iudici superiori una cum actis aut aliis scri-  
pturis adjunctis offertur . In arbitrio quidem judicis est  
Apostolos palam & non sigillatos , dare , plerumq; autem  
coopertura sigillata cum titulo ad judicem superiorem of-  
fert , uti hoc consuetudo & praxis implerisq; judiciis in-  
troducedit . Et quemadmodum Apostoli reverentiales  
& refutatorii plerumq; secundum tenorem uniuscujusq;  
iudicij perficiuntur sequentia tamen infallibiliter in istis  
obser-



obſervanda ſunt, primitus ponatur nomen judicis ad quem, vel superioris ad qvem Apostoli mittuntur, nec non nomen judicis inferioris, qui appellationem dedit, & coram qvocauſa pendet, deinde etiam nomina partium ambarum & præterea ſententiæ latætenor, & iſtius tem- pus publicationis, tum qvæ pars aut auctor aut reus, ex ea appellaverit, & qvarè, item qvando appellationis sche- dula eſt introducta, an ante decendum, an post decen- dum ſit factum, insuper etiam an appellans ad judicem certum appellaverit & Apostolos petierit, & deniq; an appellatio ſit permitta, & qvales Apostoli dati ſint. Po- ſtemo tempus in qvo appellans provocationem ad ſupe- riorem judicem ferat & documentum an appellationi ſit delatum referat,

Th. XVI.

Neeſſarium hinc duximus paucis etiam cau- ſas testimonialium et illorum reqvita percurrere. In Camera Imperiali qvidem non eſt opus indicare cur cor- ram Notario appellatum ſit, uti patet ex ordinat. Cam. p. 2. c. 29. §. item ſo ſoll. Teub. c. 126. §. ſeqq. dicit ita dieſe appella- tiones coram Notario factæ ſeynd alhier ubi à principe ad Cameram velet iam ab inferioribus ad principem ap- pellatur ſehr gemein / alſo daß der Judge à qvo nicht weiß ob appelliret oder nicht. Inſinuationem enim ejusmodi appellationis non reqvirit ordinatio Camer. d. loc. ſed ſine inſinuatione valet multo minus neceſſe eſt cauſas vel impedimenta, cur minus coram ipſo judge ap- pellatum ſit inſinuare. Gedoch das ſolche appellationes in Camera angenommen werden/ muß das instrumen- tum nicht durch einen gemeinen Notarium ſondern ſo in Camera approbit und im matriculirt iſt verfertiget werden/ alioquin non recipitur instrumentum appellati- onis,

onis , sicut nec ullum aliud tanquam minus legitimū.  
ordinat. Cam. p. 1. col. 39. pr. & visitation abscheid de anno  
60. §. 12. nach dem Es mus auch der immatrikulirte No-  
tarius den appellation zettel dem Instrumento Von  
Wort zu Wort insinuiren. Mynsing. obs. 45. Cent. 4. ha-  
stenus Teub. d. loc. Aliter autem se res habet in foro saxo-  
nico , ubi impedimenta & causæ , cur non coram judice à  
qvo sed coram Notario appellatum sit , schedulæ appella-  
tionis in serantur & instrumentum statim si fieri potest ju-  
dici à qvo insinuetur , uti etiam testatur Teub. d. Cap. 26. §.  
Wenn man aber v. offt auch hernach dem Protonotario  
oder Unterrichter insinuaret wird welches dazu nütze  
ist / ne judex à qvo ignarus appellationis attentet aut in-  
novet, cum non facta insinuatione in primis illata intenta-  
ta non revocentur. Si autem appellationem his non ac-  
tentis judex nolit admittere, insinuatio est ad scribenda, &  
apostoli testimoniales judici ad quem insinuandi, inhibi-  
tio impetranda & alia plura sunt facienda qvæ ad formalia  
spectant. Ne autem judex inferior plura attentet, satius  
est si ore tenus dicatur, qvod coram Notario & testibus ap-  
pellatum sit , & hoc præcise non necesse est ut fiat ante de-  
cendum , cum pleriq; expectant ultimum diem decendii  
sperantes à apostolos à judice & tamen non accipiunt , tunc  
tempus est ut ad Notarium quis se convertat, & propter  
penuriam temporis interdum insinuatio fieri non potest,  
nihilominus tamen est admittenda si modo appellatione  
corā Notario vitio aliquo non laborat, & qvod post decen-  
dium facta nonsit, alias si hoc esset prodeserta haberetur  
& declararetur ut nulla. Ut autem eo melius in suis viribus  
consistant sunt observanda in iis ea qvæ alias instrumen-

C

tum

tum perfectum requirit, tum, ut præsertim duo vel tres testes adhibeantur & videatur quis sit appellans & ubi istius nomen, & quæ pars adversa & qualis sententia & à quo judice sit dicta, quo die etiam sit publicata an etiam decendum non sit effluxum, ad quem etiam appellatur & provocatur, an appellans gravamina adduxerit, & quod in primis Apostolos testimoniales petierit, & quæ de insinuatione observanda veniunt, observentur. Et si hæc accurate observantur instrumentum testimonialium est perfectum & ad judicem superiorem extra periculum nullitatis transmitti potest. Processistæ hinc inde possunt videri, nos adhibuimus Volkm. & Termin. & privatas disposit. in Accademia conscriptas.

### Th. XVII.

Qvod attinet Formam videndum est quo tempore apostoli sunt petendi, quod fiat post interpositam Appellationem intra triginta dies si alias in formalibus recte debeant consistere, & appellans pœnam desertionis velit evitare. l. 24. C. de appellat. & l. un. ff. de libell. dimissor. Berlich. p. 1. conclus. 50. n. 123. & seqq. Michaël Teub. in proc. c. 26. § Wann nun die *appellation* eingewendet / so muß der Appellant binnen dreissig Tagen die Apostolos oder Abschieds Briefe bey dem Richter bitten &c. Nov. 126. c. ult. & c. ab eo. pr. de appellat. in 6. Nunquam enim sufficit intra decendum *appellationem* interponere si non etiam intra triginta dies petantur Apostoli. Carpz. in proc. tit. 18. de appell. n. 42. Appellans etiam debet esse cautus ut appellat in scriptis & intra triginta dies apostolos petat, Spec. libo. 2. part.

2. part. 3. tie de appellat. §. qvaliter 6. n. 15. Et quidem instanter, instantius & instantissime. fleißig/ fleißiger und aufs lässer fleißigste König. c. 130. de Apostol. quod etiam valet, si modo petitio fiat, ultimo die triginta dierum & quidem in loco apto, & non si judex eqvitat aut in platea spaciatur, aut nocte, aut inter cœnam, aut si judex sit intemps. Si autem judex in cubiculo offenditur in loco apto esse putatur, & poslunt tunc apostoli peti & à judice dari König. d. loc. Ultra autem terminum triginta dierum judex appellanti non potest assignare diem prodandis apostolis, nec appellans tenetur amplius post triginta dies properendis apostolis comparere. Si autem appellans intra triginta dies à die appellationis non petat apostolos præsumit ipsū appellationi renunciassc & ea uti nolle & ideo eos ulterius tunc petere non admittitur, qvia est præsumptio juris & de jure, contra quam nulla probatio valet, Carpzov. p. 2. const. 2. def. 8. n. 5. Et hoc intelligendum si appellans in mora sit apostolos petere, si autem impeditus sit & impedimentum allegare & probare possit, vicissim eos petere illi permittitur c. final. qvi matr. accus. poss. König. c. 130. de Apostol.

### Th. XVIII.

Dubitabatur olim quando isti triginta dies currere inciperent ad petendum Apostolos utrum à die latæ sententiae vel à die appellationis? Communis opinio fuit, quod curranta tempore à quo currit tempus appellandi, alii quod currant a tempore appellationis à latæ. Qui volunt quod à die appellationis interpositæ currant nitrunc

tur opinione boſtiens. in c. cordi de appellat. in. 6. Et Georg.  
Rotschützii in proc. c. 39. n. 4. sed veris sima & magis com-  
munis opinio est qvod à die latæ sententiaæ currere incipi-  
ant. Emer. à Rosb. tit. 74. n. 15. Rob. Maranta. part. 6. de ap-  
pellat. n. 209. Carpz. in proc. tit. 18. n. 48. & qvidem si appelle-  
lans habet notitiam sententiaæ latæ secundum. l. iudicib. s.  
24. c. de appellat. Si vero non habuit notitiam currunt adiè  
scientiaæ Rob. Mar. d. loc. Carpz. citat. loc. Hoc tempus au-  
tem triginta dierum continet qvoq; fatale descendii aut  
decem dierum ad appellationem de jure novo destinata-  
rum. Nov. 23. c. 1. aut b. bodie. c. de appellat. c. 15. §. taliter. X.  
de sententia re judicata. Denn die Aposteln dicit König.  
cit. loc. seind ein anhengig thun der appellation darumb  
wird eine Zeit in die ander gerechnet. & infra hoc tempus  
appellatio est inter ponenda l. 24. c. de appellat. c. ult. §.  
judic. 2. q. 6. non in alium finem , qvam ut appellatio eo  
citius finiatur. Carpz. in proc. tit 18. de appellat n. 48. 49.  
Et currit hoc tempus de momento in momentum. nov. 23.  
c. 1. Carpz. part. 1. Const. 2. def. 5. n. 8. ita ut dies latæ senten-  
tiaæ non tota, sed abeo saltem momento vel hora qva sen-  
tentia dicta est, ad similem alterius diei horæ vel momen-  
tum numeretur & sic finis descendii in undecimum post la-  
tam sententiam diem plerumq; incidit. Eadem est ratio-  
descendii appellabilis, nisi à lata sententia intra decendum  
appellatur abit in rem judicatam. Petr. Frid. Mindan. de  
proces. c. 8. tb. 1. n. 2. modo appellans eam latam sciverit, uti  
jam dictum , & gravamen non sit continuum, qvo casu ap-  
pellare licet qvam diu gravamen durat. Gail. obs. 1. 139. n. 5.  
Et. 13. Schnob. indissur. ad ff. disp. 25. tb. 6. Currit etiam  
ignoranti si appellans in termino publicationis sententiaæ

nec



nec per se nec per procuratorem comparuerit Cap. 2. tit.  
17. de Leuterat. Et Oberl. art. 3. n. 15. Et sgg. & licet hoc decen-  
dium transeat culpa procuratoris, appellanstatr en am-  
plius non auditur, cum fibi imputare habeat, quod cau-  
sam vigilantiori procuratori non demandaverit. Et hoc di-  
citur primum Fatale appellationis, qvorum septem fere  
referuntur in. l. ult. §. 1. C. de tempor. appellat. In foro au-  
tem nostro hodierno non nisi tria obseruantur: Fatale in-  
terponendæ, Introducendæ & justificandæ appellationis  
Dicitur autem Fatale à fato hoc loco pro fine causæ, hinc fa-  
tales dies vocantur in l. 2. C. de tempor. appellat. qvia cau-  
sæ fatum vel terminum imponunt seu morte quasi mor-  
tem appellationi inferunt. Bald. in l. ult. n. 5. C. de tempor.  
appellat.

### Th XIX.

Seqvitur secundum Fatale appellationis introducendæ, qvod subpœna desertionis præcise observandum. Apostolis enim impetratis judex à qvo appellanti certum  
debet statuere terminum, intra qvem sepræsentet eum  
apostolis judici ad qvem, coram qvo appellationem intro-  
ducat, & in hibitionem adjudicem à qvo impetret, qvod  
in foro Saxonico observatur in tantum, ut si hoc neglexe-  
rit appellans, appellatio pro deserta habeatur, uti expresse  
sanctum legimus in ordinat appellat. Elector. Saxon.  
Wann der appellant inner halb solcher gesetzten zeit die  
Sache an unserm Hofe nicht anhengigmachen wür-  
de sol als dan die appellation für desert geachtet und  
gahr nicht angenehmen werden es könnten dan erhe-  
bliche Ursachen der verhindernis für gewendet werden.  
Consistit autem tempus hujus Fatalis de jure Civili in ar-

bitrio judicis, de jure Saxonico autem ad mensem unum  
est restrictum. à die qvo dati sunt apostoli computandi.

Th. XX.

Tertia & ultima species Fatalium est appellationis ju-  
stificandæ. In hoc Fatali nunc nervus & basis totius appella-  
tionis consistit, in tantum ut non solum appellans formalia  
suæ appellationis doceat sed etiā jura sua deducat, ac qvod  
male in prima instantia pronunciatur sit demonstret. In fo-  
ro Saxonico comprehenditur hoc Fatale spacio unius anni  
vel biennii si justis ex causis appellans impediatur. Carpz. in  
proc. tit. 18. art. 5. n. 1. Et sqq. cum citat. textib. Et autor. Sed hæc  
in Camera Imperiali & aliis dicasteriis non observantur  
Gail. 1. obs. 141. n. 7. Et 8. ubi petitio apostolorum non est dene-  
cessitate sed meri arbitrii dicente ordinatione Camera  
p. 2 lit. 30. pr. Myns. obs 36. cent. 4. Damit wir auch der Ge-  
ferligkeit in Völführung der appellation so an dem Key-  
serlichen Cammer gericht geschehen für kommen/ solei-  
nem iedem appellanten freystehen nach gethaner appel-  
lation apostolos Zubitten oder nicht Et. §. würde aber. 16.  
So s o l d e m nach der appellant erhette aposteln gebeten  
oder nicht oder ihm weren eine oder feine aposteln ge-  
ben die appellation anhengigmachen. sed hæc ad inferio-  
ra tribunalia non sunt extendenda. In his enim jus com-  
mune manet incorrectum, donec contraria consuetudo  
non appareat, cum multa in summo Imperii judicio ob-  
certas causas sint recepta, qvæ in cœteris ad exempla non  
facile trahuntur. Job. Gædd. de V. Et. R. S. ad. l. 106. n. 6.

Th.

## Th. XXI.

Paucis etiam ventilardum hic, cuius expensis Apostoli præstandi & mittendi sunt, utrum expensis Appellantis & petentis vel judicis? Communis conclusio & verissima quod expensis Appellantis dentur. *Mar. inspecul. aureo. part. 6. de appellat. n. 213. König. c. 130. n. 8. §.* Und wie wöletliche halten daß die Aposteln auff die Kosten des Richters davon appelliret wird sollen gegeben werden ut per text. *in c. quamvis §. aliter de appellat. ibi oblatos,* dennoch helt gemeiner gebrauch daß sie auff die Expensen appellantis gegeben werden und das ist zu halten. *König. d. loc. Noë Meur. p. 1. tit. Von Appellationen.*

## Th. XXII.

Causa finalis & effectus est, ut gravatus vicissim acqvirat jus in secunda instantia, in appellatione nempe, quod illi in prima instantia erat abscissum; quia plerumq; judex inferior edere acta cessat, vel ex negligentia vel odio Appellantis, necessarium inde est Appellanti pro inhibitione & Compulsorialibus supplicare, quæ sunt literæ per quas judex superior compellere solet judicem inferiorem a quo appellatum est, ad hoc ut scripta seu acta judicij edat. *l. 19. C. de Appellat. König. c. 113. Rotschiz. c. 19. n. 13,* sed nemis prolixius, hic subsistimus & relinquitur plura ingeniiis acutioribus, agentes gratias quam maximas


Deo T. O. M. pro assistentia clementissima, Cui  
uni in Trinitate & Trinitati in unitate sit  
laus & honor in infinita  
secula.

F I N I S.

**P**ontificis *suus est miratus Apostolus: adstat*  
*Impiger Augusto Cæsari itemq; suus.*  
*Messibus hic gaudet, Missis is, missus uterq;;*  
*Huic Dux, Trux alii, mox reverendus ei,*  
*Qyisq; qvid officiat, pariter quem præbeat usum,*  
*Scire vñ? appella. Rem Tibi Fata dabunt*  
*Singula at hæc graviter Tua Dissertation tractat;*  
*Et Respondentem docta Cathedra probat,*  
*Perge velut pergis; Sic fiet, ut utraque Diva*  
*Pergent tandem debita lerta ferat.*

*In honorem & favorem Clarissimi Dn,*  
*Authoris cum voto omnigenæ pro-*  
*ßperitatis bac apposuit*

PRÆSES.



CL. DN. GUTPERTELIO,  
Dissertationis hujus scriptori & pro-  
pugnatori, rem bene gerere!

**Q**uod natura Tibi proponit ad ampla per arcta,  
Hoc & sponte Tuum Symbolon esse jubes,  
Naturæ, cum nil soleat tolerare, reniti  
Non cupis, & rectè. Tanta seqvela gradus  
Possidet usque suos, donec concedat honorem,  
Qvo favor adjutet, nilque negare queat.  
Hactenus angustum placuit Tibi, svavis Amice  
Augustum sentis, jamque per illud ad hoc  
Scandis, & ad Cathedram cum laude, referre licebit  
Omnibus, & doctis & placuisse bonis.

*amicitie causa scr.*  
J.F. Scharfius D.

# MADRIGAL:

Wenn gleich durch Tausend süßen Blüten  
Der Frühling uns die Lippen wässrich  
macht;

So wird doch der Gnüss/

Nicht sonder Unlust und Verdrüß/

Erst in den schwangern Herbst gebrochen/

Wenn Tellus liegt in Wochen.

Er aber meistert die Natur/


Und macht durch Seines Fleisches Hikel

Dass schon die Frucht aus ihrer Blüte lacht!

Er bleibe nur auf dieser Spur.

So kommt Er an die Spize.

Johann. Petrus Lemken/  
beyder Rechten Licent.



I.  
Geh thāt' es ja noch wol / ich schriebe  
gerne/

Was Er/mein hErr/begehret hat/

Sein Wille wäre meine That/

D

Allein

ADAM  
Allein setz' ich die Feder an/ so lerne/  
Wie schwerlich auff der Lauten schlagen  
Die nichts dann Säcke können tragen.

ii.

Ich thät' es ja noch wol und hülffe Singen/  
Da/ Wehrtester/ Sein Fleiß auffgeht  
Und wie Aurora Purpur steht  
Für Themis Augen/ wenn nicht solchen  
Dingen

Ich unlängst gute Nacht gegeben  
Als einen Freund verließ dies Leben.

iii.

Ich thät' es ja noch wol/wann aus der Bibel  
Ein Bild der zwölffen abgesegt  
Solt werden und mir fürgelegt/  
Weil aber von Gerichts-Aposteln übel  
Urtheilen die das Recht nicht wissen/  
So werd' Ich auch wol sch weigen müssen.

iv.




Doch wil ich mich mit Ihm erfreuen/  
 Dass Er der hochgelarten Schaar  
 So gründlich solches zeiget dar  
 Was Ich zuhandeln mich mus. hillich  
 scheuen;  
 O wol derselben schönen Probe  
 Gott Ehre Sie mit Glück  
 und Lobe!

Seinem geehrten Herren Reisegefährten und  
 sonst wogenenigten Freunde schrieb  
 dieses in Wittenberg

M. Georg. Chilian Pözlinger.





00 46387



VO A2







14.

25

Q. B. V. SS. T.  
ATIONEM JURIDICAM  
DE  
**OSTOLIS**  
*Quam*  
ificiatq; Nobilissimi J<sup>c</sup>torum Ordinis  
**PRÆSIDE**  
**VIRO**  
lissimo Consultissimo ac Excellentissimo  
**IAELE FRIDERICO**  
**LEDERERO,**  
erial. PP. Celeberrimo. Curiæ Electora.  
Facultatis Juridicæ Assessore Gravissimo,  
autore ac Preceptore etatem colendo  
Publicæ disquisitioni submittit  
A. & R.  
**RICUS GUTPERCE.**  
Brunsvicensis  
*Auditorio j<sup>c</sup>torum*  
*boris antemeridianis*  
d. III. Maij. Anno 1673.  

---

WITTEBERGE  
dis MICHAELIS MEYERI.

3